1127 [= 1884] Mercogliani tertio lapide ab Abellino *in fronte della porta maggiore ora detta del Ponte, poi nel palagio de' sigg. Bucino, dove anche al presente si vede* MANSI. Ibidem repperi a. 1876. Destinata est museo Neapolitano.

C N · M A|*rcio*
CN · F · STEL · RVST*io rufino*
PRAEF · CLASS · PR*aet misen*
PRAEF · CLASS · RAV*enn. proc*
AVG · PROV · SYRIA*e . . . . trib*
COH · Ī · PRAET · TRI*b. coh. xi ur*
BAN · TRIB · COH · $\overline{VI}$ · *uig. proc?*
TRANSPADAN · P*roc. au*
GVST · ORDINIBV*s . . . ex*
EQVITE · ROMAN*o exercitato*
RI · EQVIT*um praetorian*
7 · COH · Ī *pr. leg. iii cyr. iii gall*
$\overline{XV}$ AP*oll*

Recognovi. Mansi *S. Modestino* (1793) p. 127 ex historia quadam Mercogliani ms.

Eiusdem viri extant tituli alii tres urbanus VI n. 1056 et Beneventani duo IX, 1582. 1583, unde intellegitur eum post honores in hoc titulo recensitos pervenisse ad annonae praefecturam et ad praefecturam vigilum, quam obtinuit a. 205. Praefecturae classium praetoriarum (nam ita legitur IX, 1582 nec satis perspicitur, cur hic in Ravennate praetoriae vocabulum omittatur), item tribunatus tres in titulis Beneventanis redeunt. Ante tribunatum vigilum ex altero illorum apparet Rufinum meruisse in legionibus duabus III Cyrenaica III Gallica, quod quomodo cum hoc titulo composuerimus, supplementa adscripta patefaciunt. Reliqua officia in hoc solo titulo inveniuntur, scilicet procuratio Syriaca, procuratio vel quidvis fuit Transpadanae, procuratio data ab Augustis ob nescio quos ordines, indicatio *ex equite Romano* in centurionibus non rara, denique officium exercitatoris equitum praetorianorum, quod supplementum satis tuentur tituli urbanus VI, 2464 et Ariminensis Henzeni n. 6767.

1128 [= 1885] Atripaldae in hortis Bello PION. Ibi nunc non extat.

GIAMNALIVISTEDICI *mAgISTro*
VTRIVSQVE MILITIAE INPER
PE ETIAM AD REIPVB N CAECI
LIANO PRAEFECTO PRAETORIO
DI GRATIA AD ORNATVM CENS
SERVNT CVRANTE PEREN
O PAVLINO V C C

Pionati 2, 38; schedae Steinbuechelianae duobus exemplis.

Exhibui fere exemplum Steinbuechelianum secundum. — 1 Q·AMNAVALISTI Steinb. I, GIANNAYMISTE Pion. — DICIBALISTE Steinb. II, DIC·BATISTA Steinb. I, ...B... Pion. — 2 MILITIAE Steinb. I Pion., MELITIAE Steinb. II. — INPERE Pion. — 3 PETIAM Steinb. I, TE ETIAM Pion. — CAES.. Pion. — 4 IIANO Pion. — PREFECTO Pion., PRAEFECT Steinb. I. — PRAETORIO] PRETO Pion. — 5 CENS Steinb., C... Pion. — 6 SSERVNT Pion. — PEREN Steinb. II, PERENNI Steinb. I, ET PER..... Pion. — 7 V·C·C· Steinb., V·C... Pion.

Caecilianus est opinor praefectus praetorio a. 409; magister militum fortasse Olympius successor Stilichonis. Sed ex titulo corrupto toto et luxato et semel tantum ni fallor descripto certi nihil effici potest.

1129 [= 1896] basis magna litteris bonis. Atripaldae in domo de Mandatis GIORD.; Atripaldae *nel palazzo di Mario Mennati* BARB.; ad S. Hippolisti in aedibus Ludovici Cosomatti EGO.

L · P I N A R I O · L · F · G A L
NATTAE
AED · Ī̄Ī · VIR · Q · TR · MIL · LEG · $\overline{III}$
PRAEFECTO BERNICIDIS *sic*
M · BIVELLIVS · C · F · GAL

Descripsi et recognovi. Fabius Giordanus ms.; Verderosa cod. Barb. 30, 136 f. 6; Bellabona p. 113; Fabretti 609, 78; Mur. 1033, 5 a Como; d'Orville p. 600; Barberio p. 7; Lupoli p. 65; Pionati 1, 210. Orelli 3880.

1 vulgo male C· F. — 4 de praefecto montis Berenecidis vide vol. III n. 32. 55 collato n. 40. Pionatius ait in parte adversa haec scripta esse: PVSILLA | DOMVS | AT | QVAN | TVLACVMQ· | EST | AMICIS | DIES | NOCTESQ· | PATET. Quae si in eodem lapide extant (ego ea frustra quaesivi), novicia sint necesse est.

1130 [= 1892] Atripaldae *in una porta di bottega* VERD.; in aedibus Nicolai Losco EGO.

*pr*OCVLVS
*...leg. x*XI · RAPAC
P · HERENNIO
P · F · GAL · AVO
CENSORI

Recognovi partem, qua continentur singulorum versuum extremae litterae. Verderosa cod. Barb. 30, 136 f. 10'; Bellabona p. 101; Mur. 819, 3 a Como; Barberio p. 4; Lupoli p. 65; Pionati 1, 128 cf. 1, 109. Exemplis Verderosae et Bellabonae solis standum est.

1 CVLVS Verd. Bellabona; Barberius OC in OCVLVS alium quadratarium ait prae se ferre; PROCVLVS Mur. — 2 KIRAPAC Verd., KI·RAPAC Bell. Barb., XI·RAPACIS Mur., LI·RAPA Pion. err. typ., XI RAPAC Lup. ex emend. — 4 GAL] GN Verd., CV Barb. — Fracturam ego indicavi ut fuisse videtur.

1131 [= 1889] Tripilae ex regione aedium ratiocinatoris MET. Adhuc Atripaldae in foro in aedibus Rapollae.

......|LLIO · C · F
r|VFO
aed. iiu|IR · Q
pr. iiui|R · CENS
praef. f|ABR
trib. mi|L · LEG · $\overline{XXI}$
rapac.|PRAEF
alae|D · D

Descripsi et recognovi quae cernuntur hodie; vv. 6. 7. 8 nunc sub muro latent. Metellus cod. Vat. 6039 f. 364*c*; Barberii suppl.; Lupoli p. 65; Pionati 2, 34.

1 fortasse suppl. ALLIO; cf. titulum n. 1132 M. Allii M. f. Men. Rufi. — 3 VIR·Q Met., IIVIR·Q Barb. Pion. — 5 AP·R Barb. suppl. — 7 PREF Pion. — 8 habet unus Metellus. — Lup. sic dedit: *c. io*LLIO · C · F · RVFO | ...ĪĪVIR·Q· AED · PR | ...LEG · XXI · PRAEF rel. om.

1132 [= 1888] Abellini in altari ecclesiae cathedralis; a. 1818 Sorbam missa est, ubi nunc extare dicitur.

S E P T I M I A E · L · F · S I L
M · A L L I O · M · F · M E N · R V*fo*
PRAEF · FABR · CEN · Q · TR · MIL · A · P · E
HVNC · DECVRIONES · GRATIS · IN · ORDINEM · SV*um*
ADLEGERVNT · DVVMVIRALIVM · NVMERO
ORDINEM · ADIIT · PETIITQVE · VT · DECRETO
QVOQVE · VOLVNTATEM · ESSE · ASCRIB*erent*

Engenius ad Baccium descr. regni Neap. p. 52 Graev.; Bellabona p. 117, a quo videntur pendere posteriores: Mur. 743, 7 a Como; Lupoli p. 67; Pionati 2, 60 cf. 3, 51. Orelli 3816.

1 (qui versus fortasse in corona scriptus fuit) SEPTIMIA Mur. ex coniectura. — SIL Bacc., recte puto, SIB... Bell. Mur., SIBI·ET Lup. — 2 MEN Bacc. Mur. Lup., MEM Bell. err. typ. — ROF Bacc., RV.. Bell. Mur., FVFO Lup. Cf. n. 1131. — 3 FAB Lup. — CEN Bell. et reliqui, CAES Bacc. — 4 aut SV*um* aut SV*pra numerum*; illud minus apte dicitur, hoc exemplo opinor caret. — 6 PETIITQ· Lup.

1133 [= 1887] Atripaldae rep. 1776 in praedio Gaudiosi Belli. Extat in hortis olim Bellianis, hodie de Capraris.

VLPIAE · ANTIG
ONIDIS · VIXIT
ANN · DVOB D·
XXI · IVLIVS AN
TIGONVS · VETE
R · AVG · N · FILIAE
DVLCISSIME · FECIT

Recognovi. Barberio p. 16 cum suppl. ms.; Lupoli p. 70; Pionati 2, 30.